UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Modoaldi Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

nij palmam adepta eſt; Diocletiani Nono & Maximiani Octauo (incertum vtrũ Imperij vel Conſulatus) anno. Porrò Pãcratius quàm pręclaris poſt mortem miraculis floruerit, teſtatur Gregorius Turonenſis, qui ait: Si cuiuſquã mens inſana iuramentum inane proferre voluerit, priùs quàm ſepulcrũ accedat, hoc eſt, antè quàm vſque ad cãcellos, qui ſub arcu habentur, vbi clericorum pſallẽtium ſtare moſt, accedat, ſtatim aut arripitur à dæmone, aut præceps in pauimentum ruens amittit ſpiritum.

Vide Baron. Tom. 2. anno Chriſti 304.

Lib. 1. cap. 39. de glo. mar.

VITA S. MODOALDI TREVIRORVM *Epiſcopi. ex ea quæ eſt per Stephanum Abbatem Leobienſem. Vixit circa annum Domini 720.*

12. Maij.

INter præclaros & præcipuos ſumma ſanctitate & ingenuitate viros, quorũ fide, doctrina, moribus, & virtutibus ſancta fulget Eccleſia, S. Modoaldus inclyta Aquitanorum proſapia ortus haud extremas obtinet. Etſi autem propter vetuſtatem & ſcriptorum abolitionem minùs nobis compertum ſit, quibus auis aut maioribus vel quàm digna ſtirpe tam inſignis arbor prodierit, tamen ex propinquis & cognatis, nomine, gloria, & honore, terra marique celeberrimis, quorum virtute publica floruit, quorumq́ue potentiam totus orbis extimuit, tam charta quàm fama genus eius incognitũ eſt. Nam ſoror eius, Itta nomine, mulier admodum venerabilis, ſtabili matrimonij vinculo clariſſimo Duci Pipino coniuncta fuit, quę defuncto marito, propriæ domûs faſtigia, ſpe ſecundarũ nuptiarum procis multis inciſa, in eccleſiam cõmutauit, & à ſancto Amando Traiectenſi Epiſcopo ſacrum ſanctæque religionis habitum ſuſcepit. Iam quàm clarè genus & nobilitas Modoaldi ex li-

Nobile & præclarum genus S. Modoaldi.

Itta ſoror eius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beris & nepotibus venerādæ ſororis eius eluceſcere,
Grimoaldus paternæ dignitatis ac pietatis hæres, &
duæ ſorores eius Gertrudis & Begga egregiè decla-
rant. Nam Grimoaldus, præter illam, qua domi mi-
litiæque viguit, induſtriam, duo illa præclara mo-
naſteria, Stabulaus & Malmundarium ex proprio
conſtruxit: ſoror verò eius Gertrudis ſpretis omni-
bus diuitijs & mundi honoribus contemptis Chri-
ſtum in terris ſponſum elegit: cui tanta fide ac de-
uotione adhæſit, vt plurimis poſt mortem mira-
lis ab eodem decorari meruerit. Begga verò cū
Anſigiſo nobiliſſimo Duci matrimonio iuncta,
& ſeptem eccleſias, vbi & corpus eius à ſacris vi-
num choris honoratur, conſtruxit, egregijs eti-
eximiæ ſanctitatis monumentis claruit. Huius au-
tem filius Pipinus nomine, vt nomen aui, ità & vir-
tutem cum dignitate referens, mortuo rege Chil-
rico, eò magnitudinis excreuit & potentiæ, vt to-
ta Auſtria etſi non regio nomine, regia tamen do-
minaretur poteſtate. Iam verò Carolus quem ille
Pipinus ſibi ſuperſtitē tam dignitatis quàm & vir-
tutis ſuæ reliquit hæredem quàm mirabiles trium-
phos de ducibus ac regibus, de populis & Barba-
nationibus reportauit, difficile eſt explicare. Na-
& Saracenos, tribus eorum regibus peremptis,
ad internecionem fudit. Vndè & cognomen Tudi-
tes, à tundendo accepit, eò quòd à Sclauis vſque ad
Hiſpanos, tot regna, tot vrbes, tot caſtra & oppida
tam Saracenorum quàm Chriſtianorum ferro
ſtār mallei tundens, propitio Deo, tranſuolaſſe di-
citur potiùs, quàm ſuperâſſe. Quid verò de filijs
euſdem Caroli, Carolomanno ſcilicet ac Pipino, di-
xerim? è quibus Carolomannus poſt plurimas
& nobiles triumphos, relicta ſeculari militia,

Grimoald' filius Ittæ.

Gertrudis ſoror Grimoaldi.

Item Begga.

Pipinus filius Beggæ.

Carolus Pipini filius.

Carolus Tudetes cur dictus.

Carolomannus & Pipinus Breuis Caroli Martelli filij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Caſſino cœleſti ſe militiæ monachis conſe-
cit. Pipinus verò virtutum ſuarum meritis ex-
cens, primus in hac ſtirpe regium nomen obti-
. Iam veniamus ad illum glorioſiſſimum Im-
ratorem Carolum Magnum huius Pipini filium, **Carolus Magnus Pipini Breuis filius**
nomen & gloria, virtus & victoria, per tanta
pora adhuc quaſi recens ore vniuerſorum cum
ſtudio & admiratione celebratur; vt ſi litera
ſola fama quaſi viuere credatur. At verò de
us Ludouico quid dignũ referre valeam, qui **Ludouicus, Pius.**
tris obitum imperialia ſceptra, vt nullus di-
ſuſcipiens, præter cætera quæ bello fortiter
maxima ſuæ pietatis monumenta exhibuit.
etiam de Clotario huius Ludouici filio dixe- **Clotarius.**
paternæ religionis hæres exiſtens, poſt plu-
ſapienter quàm & fortiter geſta, regnum
diuiſit, relictoque ſeculo ac ſanctæ cõuer-
habitu ſuſcepto, in monaſtica profeſſione
vitæ fœliciter conſummauit. Sed iam con-
horum potẽtia & nobilitate, quid vltrà tot
& Pipinos, tot Clotarios ac Ludouicos, a-
eges & Imperatores, qui de hac glorioſa ſtir-
ad noſtra profuſi ſunt tempora, neceſſe eſt
morare cùm ex his præclari B. Modoaldi in-
luce clarius eniteat. Hoc tãtum in ſumma
nis noſtræ dixiſſe ſufficiat, de nulla ſtirpe,
erimus, tam præclarũ tamq; nobile germen
lulaſſe, qui tantũ potẽtię Gallico regno ad-
totq; & tam mirabiles triũphos de duci-
gibus & Barbaris nationibꝰ reportauerint.
glorioſus ac venerabilis Modoaldus tam
tus natalibus, deſpecta carnis nobilitate,
huius mundi honoribus, diuitijs ac deli-
nobilitatem propoſuit: & liberalibus
ſtudijs

ſtudijs ac cæleſtibus diſciplinis animum tam p[...]
clarè in tenera adhuc ætate erudijt, vt omne g[...]
ria anteiret Chriſtique tyrunculus inuidiam vi[...]
te ſuperauerit. Poſtquàm verò adulta ætate c[...]
illi ad omnes honores & voluptates pateret [...]
mus, ipſe contrà ad maiora ſpiritalis militiæ [...]
ſeſe accinxit: aſſiduisque ieiunijs ac vigilijs [...]
voluptatem frenauit, adeoque ſui ipſius contem[...]
gauiſus eſt, vt paupertatem pro diuitijs ampl[...]
ſit. Vndè etiam nulla illi cura quàm eccleſiæ & [...]
perum antiquior. Cumque in eius pectore [...]
dùm accenſa inualuiſſet flamma cæleſtis de[...]
nihil ocij, nihil quietis patiebatur, vt ad oc[...]
quietem diuinæ cõtemplationis perueniret. [...]
ob rem remotiora loca quærere, & ab aulic[...]
multu ſeſe occultare modis omnibus elabor[...]
quanto occultius tantò liberiùs pulcherrim[...]
dilectæ Rachelis amplexibus poſſit inhære[...]
rùm quoniam nõ eſt in hominis poteſtate [...]
ſed contrà ſpem votumque ſæpè à Domino [...]
eius diriguntur, beatus Modoaldus Liæ [...]
in nocte huius vitæ iungitur; dum primor[...]
gni & primoribus palatij quaſi vtilis in verb[...]
uidus in conſilio, diuina prouidentia lic[...]
gnans ſocius accitur.

Benignitas eius in pauperes.

Inuitus cogitur regiæ ſuam nauare operam.

Intereà venerandus Antiſtes Sebaudus [...]
Treuirenſis rebus humanis exceſſit. Cui [...]
nõ impar ſanctitate dum ab omnibus cum [...]
fectione quæritur, Dei gratia procurante, [...]
indicijs præſignante, haud longè digniſſim[...]
ritur. Itaque concurrunt pariter omnium [...]
& dux æquiſſimus Pipinus, alijque optima[...]
rus & populus, omnis ſexus & ætas: Modo[...]
non tam eligũt Pontificem quàm à Deo iam [...]

Eligitur & conſecratur Epiſcopus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debitum & ſibi promiſſum exigunt. Igitur nequicquam reclamans in domo Domini, & in atrijs Dei noſtri plantatur, tanquàm palma florens, & vt cedrus Libani multiplicatus. Nam ſicut palma virens in altum tendens fidei virore & vitæ altitudine in profectum eccleſiæ florebat, & ſicut cedrus Libani multiplicabatur, dum odore ſanctæ conuerſationis virus ſerpentis antiqui à ſubditis expelleret, & ipſe multo virtutum candore dealbatus per altitudinem cõtemplationis ad cæleſtia euolaret. Sed inter innumera promiſſis illis, quæ in interiori homine Deo tãtum teste & ſanctis Angelis eius operatus eſt: quis illam ſolicitudinem, qua Pater vigilantiſſimus commiſſo ſibi gregi præerat, dignè valeat explicare? Cum tanta docendi perfectione, tanta magiſterij informando inſtituebat, vt quaſi illa propheti- ca ſponſa intùs labrum reflecteret, id eſt, ad cor ſermonem reuocaret, quod loqueretur attenderet, operaretur quod prædicaret. Denique verbum doctrinæ opere commendans miſericordiæ, ſic erga ... ſubditorum ſtudia feruebat, quatenùs eis ... corporis vitæ prouidentiam nõ negaret: nè ſi cura corporis vitæ ab eo negligeretur, quaſi iure à perfecta prædicatione gregis animus frangeretur. Porrò cùm domûs Dei decorem diligeret, & ad illas dignas conditori laudes ardẽtiſſimo ſemper ardore flagraret, ſuper ripam Moſellæ oratoriũ in honore beati Symphoriani martyris extruxit, opere quidem exiguum, & artificioſi ſchematis decoramentis ambitioſum: ſed, quod nobilius eſt, clarius virtutum gemmis ac pulcherrimis virginei chori margaritis multo ſplendidiùs ſpectabilius, quàm fuerit illud celeberrimum Salomonis templum, auro & argento, ac tot mirificis expolitũ argu-

Solicitudo eius in Epiſcopatu.

Exod. 15.

Extruit monaſterium virginum.

argumentis. Ibi quippè cōgregationem ſanctarum
virginum, tanquàm dulciſonos adoleſcentularum
choros, in nuptijs Chriſti & Eccleſiæ iugiter laudes
canentium, inſtituit: quibus ad regularis vigoris
Seuera ſoror eius Abbatiſſa. diſciplinæ ſeruandum ſororem ſuam nomine Se-
ueram præfecit. Quæ pluſquam materna pietate
iucunda quadam ſeueritate virgineam illam
inſtruxit egregiè, & exemplo ſanctitatis in
Mortua ſorore vir ſanctus ardentius aſpirat ad cæleſtia. conſtantia diſciplinæ confirmauit. Qua fœliciter
defuncta, vir ſanctus Modoaldus æterni Regis
les iam emeritus, ad præmium & palmam fœli-
citatis æternæ cœpit ardētiùs anhelare, ad quam
manam cum exultatione Angelorum tranſlatam
nouerat præceſſiſſe. Cumque ex fidei & operis
curitate & ſpei certitudine dignam iam a Deo
ſet miſſionem petere, tamen quaſi adhuc multa
ſe arguenda forent, nouis & acrioribus tormentis
exquiſitis de ſe ſupplicium ſumebat; ſeque
crudelis exactor perſequebatur: in illa iam
ſi vltima ætate, quam profectò non tam
quàm ipſemet continuis laboribus vrgendo
rauerat.

Cùm ergò ſub graui corporis labore
que deſudaret, totoque mentis deſiderio ad
ſtem patriam properaret, nihil de conſueta
ſteritate remittebat; donec inter verba
Fœliciter abit è vita. cùm admiranda ſanè ſanctitatis ſignificatione
ritum in manus Creatoris exhalaret. Interim
ſacrum funus de more componitur, à circum-
pſallentium choro nunc pijs lachrymis
nunc pſalmis & hymnis honoratur. Cuius
ſtum fœlix & liber tranſitus ſicut feſtiuus
** alij Auſtraſiam vocāt.* ſupernis ciuibus extitit, ità totam penè * Au-
nimio quodam & inconſolabili mœrore

...dè tota penè prouincia inſigni luctu deformata ...ti patris exequias cohoneſtauit. Ingens paupe...m multitudo à feretro dependens voce lachry...ali patrem ſe ſuum amiſiſſe querebatur. His fa...ularibus baiulis cælum ſuo clamore pulſanti...s, chariſſimum corpus in dilectam ſibi Eccleſi...m defertur, quam ſuprà diximus, ab eo funda...m, & in honore beati Symphoriani martyris de...icatam. In qua etiam non ſine graui gemitu mul...que ſuorum lachrymis, prout decebat tantum ...ntificem, cum dilecta ſorore terræ mandatur. ...a in teſtimonium ſanctitatis eius, tot & tanta ...racula quotidiè coruſcare videntur, vt nunc de...m veriùs cum Chriſto viuere credatur.

Miracula ad eius tumulum.

Poſt obitum viri ſancti indomita Nortman...orum gens quaſdam Galliæ & Germaniæ partes ...paut: & ſceleris ſui immanitate efferata in...em vbique ſtragem edidit. Cumque horren...illa tempeſtatis procella vrbem etiam Treui...em inuaderet, & iam iam præ oculis omni... mortis imago volitaret, ſacræ Deo dicatæ vir...s, quas in beati Symphoriani martyris orato...beneficio Modoaldi collocatas ſuprà memora...s, pro vita præſenti, quam deſpexerant ni...licitæ, pro caſtitate ſeruanda quam deuoue...ad conſueta orationum præſidia confugerunt: ...ec mirabile auditu, mirabilius viſu, ne mala, ...pro ſexûs fragilitate metuebant, videre coge...r, in pace lecto decubantes intra dies triginta, ...nis & precibus Modoaldi, quem aſſiduò in re...deſperatis implorabant, omnes præſenti vita ...cerunt: quarum corpora eodem in oratorio ...ita ſunt.

Cùm igitur eiuſdem adhuc tempeſtatis reſiden-
veſtigia, lõgaque ſolitudo pleraque ſanctorum co-
hiberet loca, fiebat nimirùm vt ille ſancti familia-
ris angelus pro ſui quidem dignitate parũ obtem-
ret reuerentię, neglectu verò ciuium omni cultu-
deſtitutus, etiam pateret iniurię. Sed ea mortaliu-
incuria noſtro pontifici auctioris gloriæ facta
materia. Quidam enim viri, genere Franci, ſu ge-
tis haud ignobiles, ſanctæ deuotionis gratia vrbe-
Treuirem acceſſerant. Cumque ſancti Sympho-
ni eccleſiã viderent incultam, iniuriæ opportunam
& à miniſtris ciuibusque neglectam, flagitium a-
bitrati non ſunt, ſi, quauis arte, ſacras Præſulis
quias indè ſecum aſportarent. Remotis ergò a-
tris, noctis ingreſſi tempore, pia ſed audaci vio-
tia mauſeolum ſanctiſſimo fœcundum corpor-
fringunt: dehinc, vnus cæteris paratior manum
merè inijciens, quicquid tenaci digitorum p-
concludere potuit, ſibi recondens fugam cum
maturat inuadere. Quod facinus licet amore f-
licenter perpetratum ſit, non tamẽ ſancto plac-
rerum ſequentium documẽto comprobari p-
Simul enim cum illius extractis artubus, m-
dictu, ſanguis copioſus erupit. Qui dum abũd-
quam de patenti vulnere proflueret, tenebris t-
viſum arcentibus, raptores ipſos nihil huiuſ-
aut videntes aut ſentientes antè prodidit, qu-
cœpto deterruit.

Ex reliquijs S. Modoaldi furtim ablatis copioſus manat ſanguis.

Intereà die terris reddito, cùm matutin-
ex more ad orandum cœpiſſet concurrere, a-
uertunt eccleſiæ pauimentum largo perfuſ-
guine; cumque diu multumque incerta ſuſpic-
agitarentur, tandem exploratis omnibus, re-
indicia fracturæ, nocturnæ temeritatis damn-

fractu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...erunt. Nec viſus eſt labor difficilis fugitiuos in-
...ſui, cùm ſanguis à direptis emanans oſſibus, nuſ-
...m locorũ reos ſuos desereret; donec illos con-
...ntia trepidos, nec ſatis periculi ſecuros, ſuis ve-
...gijs & quidẽ haud obſcuris, manifeſtos efficeret.
...ſtur ergò expediti equites iniuriam perſequi,
...eritatem corrigere: qui celerrimè fugientium
...gi prementes, eosque facili negotio à fuga retra-
...tes, delicti quidem gratiam faciũt, omnibus ta-
...n admirantibus, receptas integrè Summi Ponti-
...ſ reliquias ad vrbem referunt: & ne quid ſimile
...ceps pernicioſa crearet licentia, corpus Sancti
...n propatulo poſitum ab eccleſia in oratorium S.
...lini transferunt, cęleſtemque theſaurum firmi-
...ribus apothecis & tutiori ærario commendant.

Transfertur corpus eius ad S. Paulinum.

...itur S. Paulini eccleſia nouo illuſtrata hoſpite
...agnam breui claritudinem peruenit. Sed poſt-
...n diuturna quies ociũ, ocij verò ſecuritas cor-
...s mores pepererat, totâque vrbis faciem im-
...tam pro religione diuinorum contemptus in-
...rat, ſuſtinenda erat neceſſariò ſupernæ corre-
...s ſententia, quæ pollutam licentiam ſub fre-
...ſtrictionis coërceret. Itaque intempeſtæ no-
...ilentio idem oratorium ſubito cõflagrauit in-
..., totaque ædificiorum moles ſubuerſa eſt.
...res mira & ſeculis noſtris inuſitata accidit.
...a enim, quæ omnem ſuperficiem contexe-
...cendiorum cõgerie, cuncta præter ſpem quæ
...erant, integra reperêre, ipſumque loculum
...xpertem iniuriæ, vt aurum crederes de for-
...roductum, purgatum non corruptum. Fulſit
...erea multis alijs præcipuæ ſanctitatis miracu-
...æ tanta tamque præclara ſunt, vt Tullianis
...inſultent ingenijs & eloquentiæ.

S. Paulini ædes conflagrant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN